



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Prisca Virgo Et Martyr. 18 januarij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

3. Par pari mundo referre voluit Antonius ; ve  
nerat in solitudinem adversarius , ut eum aggredie  
retur ; Sanctus vicissim in ejus castra irruptit , in  
mundum quippe ad tempus rediit , ut martyribus  
animos faceret , & nutantes in fide Christianos con  
firmaret . Viri pij ! solitudo , & suavitas orationis  
nonnunquam relinquenda est animarum causâ ,  
exemplò S. Antonii cùm verbis , tum factis adver  
sus mundum depugnetis.

## S. PRISCA VIRGO ET MARTYR.

18 januarij.

*Nolite timere eos, qui occidunt cor  
pus , animam autem non possunt  
occidere : potius timete eum , quia  
potest & animam & corpus per  
dere in gehennâ . Christ. Mat. 10.*

**E**tiam ab imbelli columba suam ex  
mari ferociam doluit Claudio Tyran  
nus ; eoqué vehementius , quod annis & a  
mis potens , hostem nactus esset fortitudin  
& constantiam superiorem . Nunquam turpiter  
ūs cecidit , quam quando cum inermi im  
paribus armis certavit . Fuit furoris ejus  
scopus natura

scopus Adolescentula Prisca, non mindus  
 prisca avorum sanguine, quam novo pugnæ  
 genere illustris. Iam decimo tertio ætatis  
 anno in aciem pro Christiana libertate ausa  
 est descendere. Nemo huic duplarem Vir-  
 ginitatis & Martyrii lauream invideat: Nam  
 & Lenones, qui castitatis & Leones, qui  
 corpori nocere poterant, devicit. Tum  
 maximè se Nobilem professæ, quando ficti-  
 tio Apollini Thus adolere jussa, sc Christi  
 sponsam asseruit: sed non tulit impunè os,  
 veritatem dixisse; mox colaphis dirùm fœ-  
 datum in carceris tenebris conticescere co-  
 gitur; nec solū os luit, sed & reliqua mem-  
 bra in poenarum societatem vocantur: quæ  
 sumptuventi adipe laridoque, tanquam ceroma-  
 que ad Agonem, peruncta leoni dilaceranda  
 objiciuntur: sed hic Imperatore humanior  
 per ambiſſe castas plantas contentus, ponit fe-  
 o. sociam. Inde triduanâ inediâ emaciata vires  
 exatione amisit; imò fortiores advertit, dum in  
 yranquulco extenderetur, licet etiam ungulæ  
 & arreliq; peſtines in eam suos exercearent fu-  
 adinores. Iam etiam flammæ parcunt: Stetit  
 turpè gloriſor Virgo, quò pluribus rogis co-  
 i imasca suam mundo declaravit innocentiam.  
 ejus andem quamvis ætate tenera, cælo tamen  
 pus natura, Tyranni ferro Christo eadit viqma,

## M E D I T A T I O

## De bono, &amp; malo timore.

1. **H**omines non sunt timendi, quoniam nocte animæ nequequam possunt: Corpus quidem doloribus affident, sed levioribus & brevibus; eos tamen magis times, quam Deum, nolles quippe potentem quempiam verbis aut factis exasperare, & coram alicujus nominis viro inurbinitatis argui, omnino te puderet; non puderet tam Deum quotidie offendere verbis, factis, cogitationibus. Ubi ratio, ubi fides tua?

2. Tolerantias, morbos, paupertatem, tristam, dolores, ac cætera vitæ præsentis mala refredis. Quid nocent afflictiones? A rebus segregant, corpus debilitantes animæ rumpunt culu, modestam exilii conditionem indicantes, a suis patribus cupiditatem accendunt. Ah! non huj sed futuræ vitæ labores sunt timendi.

3. Times dedecus, calumniam, abjectionem sacerdotum, ut incolumem famam tucaris, per amicitiam Jesu. An nescis miser, verum honor in virtute positum esse? Quid refert, utrum ab omnibus estimaris, nec ne, modò estimet, & muneretur te Deus. O cæcitas stupenda! majora sunt Imperatorum placita, quam Christi, estimamus, Evangelium contemnimus. Hieron.